

anteq̄ peccet aspiciat. ⁊ nulla eum ad peccandū delectatio carnalis inclinat cogitare quale maluz ab illo gaudio diuine premlationis excludi. beatiffi ma oim sanctorū societate priuari. mo ritate eterne ⁊ morti viuere sempiternē. p̄fundo gelenne fluctuanti immer gi. edacissimis vermibz in eternū dila tari. nec finiri. hec ⁊ similia cogitare nihil aliud est q̄ vitijs omnibz repudi are ⁊ oia carnalia blādimēta refrenare. hec Prosper. Sic igit̄ p̄z primum in quo p̄fuit status p̄ficientiū. vicz in peccatorū ac vitiorū abstinentia ⁊ tere stratione.

Sequit̄ distinctio secunda secunde pris Valogranati. ¶ Filius.

Distinquā infor matus sum de pctis capita libz siue mortalibz. ⁊ alijs diuersis vitijs ⁊ circumstantijs eoz a quibz primo debent abstinere p̄ficientes. Tunc de sc̄do videlicz de virtutū opatione qd̄ pertinet sc̄do loco ad p̄ficientes. ⁊ primo quid sit v̄tus de hoc cupio edoceri.

Ca. I. Pater. D.

Tire debes

fili primo q̄ nequaq̄ in vita v̄tuosa poterit quis delectari q̄ diu fuerit in pctis ⁊ vitijs in

uolurus. Unde d̄r boe. Constat q̄ anīa peccatis obnoxia in nullo eoz que dei sunt. aut que ad beatā vitam prinent. poterit delectari. Et beatus augustinus. Mens non p̄t habere regnū virtutū. nisi ingum prius excusserit vitiorū. Nec etiam s̄m beatū greg. bonū meritorie agit. nisi prius malum deserat. Unde necesse est volenti in virtutibz p̄ficere vt abstrahat se a quibuslibet vitijs. sta

tim cum sentit se aliquo eoz interius pulsari vel exterius occupari. non solū a maioribz v̄t̄eriam lenioribz. i. ab ociosis verbis. a iocis. ab actionibz in fructuosis ⁊ maxime a cogitatōibus vanis ⁊ affectōibus vanis ⁊ vitiosis ⁊ carnalibz p̄cupiscentijs q̄ nec ad horā debemus in corde p̄mittere morari ne offendam⁹ deū ⁊ sc̄os āgelos p̄fites nobiscū. ⁊ p̄sciaz sordam⁹. ⁊ bona q̄ p̄f semus cogitare ⁊ agere interim negligimus. Sic abrahā quondaz iubente deo sacrificia offerens descendēs super eayolucres ad lacerandū vel fedandū sollicite abigebat. Et nos ne aliquū in p̄spectu dei appareamus vacui cū sacrificia ei offerimus bone voluntatis. bone actionis. bone locutionis. sacre meditatōis ⁊ pie affectōis volucres malay cogitatōnū ⁊ affectionū statim abigere debemus. ne ea nobis dissilan tibz aliquatenus nos maculent. ⁊ deo ingrata efficiant. ⁊ nobis inefficacia ad meritū ad vitam spūalem p̄ficient Qui ergo bonū hospite x̄pm non vult effugare de hospicio cordis sui. immi cos eius. i. vitia secū nō hospitet. Pz ergo qui libet p̄ficere volens pravitia se armare ⁊ viriliter resistere. ⁊ ad bonū seu fructuosū opus qd̄ ex alterius ammonitōe vel ex diuina inspiratōne intelligit faciendū strennue se habere. multū em̄ p̄fectū negligimus tam meritoz q̄ p̄mioz. eo q̄ sepius redeat nos bonis studijs insistere. ex horore habemus difficultatē. aut si voluntatē faciendi habemus qd̄ tunc etiā de tempore in tps differimus ⁊ p̄crastinam⁹ et interim irrecupabiliter perdimus tempus ⁊ premiū quod lucrari potera mus. aut ita desidiose ⁊ indenote facimus. q̄ nec deo est valde gratum. nec p̄scientie nostre meritorium vel consolatōrium. imo. corrosiuum quod etiaz

inde puniri timemus. et ex insipiditate redet nos laboris et festinamus inde cito solui. et redet nos aliquid simile inclinare. de hoc beatus bernardus sic dicit. Recordare viam tuam. et vide quantum inter se distet via per quam hactenus ambulare oportet ad deum. et vide quantum distet ortus ab occidente. sic vias a se discorde dare. cum via per quam ambulasti sit plena leuitate ocio dissolutione corruptione vanis quibusdam delectationibus. cum te non lateat quod qui mollis est et dissolutus semper sit sua tempore dissipans. et quod vere opera eius in eo non vigeant sed potius dissipant. Fateor quidem nonnumquam cogitans mores velle corrigere carnalibus desideriis plus et plus velle resistere. dei laudibus inuigilare proponis. hec quidem nunquam vel rarissime video a te effectui mancipari. imo si quando incipis sic misere desinis. ut ab inimicis tuis merito tibi illud dicat hic cepit edificare et non potuit consummare. nonnumquam cum debes orationi vel meditationi insistere torpore grauari. somno tepiditate. cogitatione superflua seducere et nonnumquam tempus orationis expendas in desideriis carnis et si qua tibi confortatio gratie tribuenda esset hanc tibi subripit carnis pigrinitas. ita ut ipsa proferat. spiritu debili permanente. De impia matre et dura crudelitas ancillam domine substantiam voluptuose consumere permittit domina famelicam permanente. hec bernardus. Restat. ergo imminente pugna. ut a fortiori in firmior superet. Necessse igitur est qui viam virtutum ingredi desiderat constantiam mentis et bonum propositum habeat quod ex dono dei perceperit in virtutibus et bonis operibus illud viriliter exerceat nam sunt nonnulli. qui deum sequentes post eum ambulant. alij currunt alij fortiter currunt. De quibus gregorius super cantica.

exponens illud dictum Curramus in odore vnguentorum tuorum sic dicit. In odore vnguentorum dei curramus. cum donis spiritualibus afflari in amoris visionis eius inhiamus. unde in eo quod homines deum sequuntur alij ambulant. alij currunt alij fortiter currunt. Post deum ambulant qui tepide sequuntur. currunt qui frequenter sequuntur. perfecte currunt qui perseueranter sequuntur. Sic autem non motus sed cursus dicitur. quod non sufficit ut sequamur nisi etiam desiderando curramus quod vero neque currere sufficit nisi etiam perfecte curramus. Paulus dicit Sic currite ut plene datis. hec gregorius. **E** Primum sciendum quid sit virtus. Virtus ut ait beatus augustinus. est bona qualitas mentis. qua bene viuunt. qua nullus male vitis quare solus deus in homine operatur. Item firmus fidei. Virtus est animi habitus naturaliter deus. vitatio. morum pietas. cultus diuinitas. honor hominis. eterne beatitudinis premium. **E**thimologia etiam virtutis hec est. dicitur enim virtus quasi virtus inus. Et hec vis persistit in aggressionibus arduis. et in tolerantia aduersorum. et in abstinentia placitorum. **V**idendum igitur nunc est de effectu virtutum. Pro quo sciendum quod sicut corpus propter frigus honores et decorem vestimentis induit. sic anima virtutibus vestitur. ut prece impugnantia vitia per virtutum inductionem defendat. Unde beatus augustinus. Sicut corpora propter algorem laborum. honorem. et decorem vestibus induunt. sic propter easdem causas anime virtutibus vestiunt. ita videlicet ut cum sint multa malorum genera. nos impugnantia. per virtutum inductionem a singulis defendamur. Sed sciendum quod humana fragilitas ad vitia preterantia pronata est. et faciliter inclinatur. ad virtutes vero exercendas cum difficultate assurgit. Unde dicit ysidorus. Ad virtutem

Liber .II. **Dist.** .II. **Ca.** .I.

tes difficile surgimus. ad vitia sine labore dilabimur. ista enim pna sunt. illa ardua. Et petrus dicit. Naturaliter hoc modo humana laborat infirmas ut a pnterie rigore facile corruat. ad virtutum vero statū disciplināq; viendi difficulter assurgat. hxc petrus dicit. Unde necesse est ut labore subeat ille qui cupit virtutes adipisci. nā ut dicit beatus ambro. nulla sine labore est virtus. qz labor pcessus est virtutis. Et beatus bern. Virtus doceri vult cum humilitate. queri cū labore. haberi cū amore. Et notandum qz primo multum graue est aliqd virtuosum facere opus. si aut quis assuescat in virtutibus se exercere nō esset graue. paulo post si pseuerauerit leue sentiet. vltimo etiam delectabit. Quod pbat beatus bernat. dicens. Non natura virtutes sed vsus facit. primū tibi impotabile videbit aliqd virtuosum facere si assuescas iudicabis non adeo graue paulo post nec senties. paulo post etiam delectabis. hxc bern. Sed sunt nōnulli qui quidem virtutibus desiderant distari. sed laborem et dolorem p eis obtinendis nolunt subire. volunt a passionibus carnalibus temporalibus temprari. et carnis castimonia possidere. sed neq; volunt dolores necessarios p eisdē virtutibus sustinere. De hoc dicit cassianus in collationibus patrum. Est voluntas que virtutum doloribus non acquiescit. sic querens a passionibus temptari carnalibus ut nequaq; velit dolores necessarios sustinere. sine quibus desideria spiritus nequeunt possideri. absq; castigatione carnis castimonia desiderans obtinere. sine vigiliis labore acquirere puritatem. cum requie carnis spiritibus exuberare virtutibus. absq; vilius exasperatione puritatis patientiam possidere humilitate christi sine honore mundi

exercere iactura. religionis simplicitatem cū seculi ambitione seruare. christo cum hominū laude ac fauore seruire. postremo sic vult futura cōsequi bona ut non amittat presentia. hxc cassianus. Non solū aut est habendus labor in acquirendis virtutibus vtz etiam omnis industria et studiū est adhibendum. ut homo scire possit ac valeat cum dei adiutorio in operibus virtuosis se exercere et hoc ipsum tñ totum non sibi sed gratie dei attribuet. Unde etiam paulus quasi gloriando dicit. Scio humiliari et abundare et penuriam pati. Quod beatus gregorius exponens super ezechielem sic ait. Nunquid non fratres ars est aliqua humiliari et abundare. satiari et esurire. et penuriam pati. ut p magno se scire ista tantus predicator insinuet. Ars omnino et mire discipline scientia que toto nobis cordis desiderio est discenda. quem enim penuria sua nō frangit. a gratiarum actōe non retrahit. in rebus temporalium desiderio non accendit. scit humiliari. hoc enim in loco apostolus humiliari dicit penuriam pati. Nam statim subiungit. scio et abundare. Qui enim acceptis rebus non extollit. qui eas ad vsum vane glorie nō retorquet. qui solus non possidet qd accepit. cum hoc cū indigentibus miserius corditer diuidit scit abundare. Qui vero acceptis alimentis non ad gurgitatem ventris sed ad temperatōem virtutis nec plus carni tribuit qm necessitas petit scit satiari. Qui alimentorum inopia sine murmuratione tolerat. nec p necessitate victus agit aliquid unde anima peccati laqueū incurrat scit esurire. Quem ergo nec in abundantia supbia eleuat nec in necessitate cupiditas irritat. nouit abundare et nouit penuriam pati. Qui cū statim subderet. Dicit possim. ne elationis verba crederemus eē adiūxit in quo. in t. j.

eo qui me pfortat. Ecce in altū ramus
prodq̄ sed qz in radice se tenet. in vi
riditate pmanfit. in altū em̄ surgens
aresceret. si se a radice diuifiser Sibi
em̄ a radice nihil tribuit. qui oīa se pof
se nō in se fz in eo qui se pfortat fatef.
hēc greg. Laborandū igit̄ est. ⁊ studio
se agendū. p adipiscendis v̄tutibz. qz
īpe nobilitat hōiem ⁊ reddunt ama
bilem deo ⁊ hōibz. **Uñ** beatus iheroni.
Summa apud deū libertas est clarere
v̄tutibz. solus em̄ ille nobilis est. quē
nobilitat sua v̄tus. **Sūma** etiaz apud
deū nobilitas est non seruire peccatis
Uñ ⁊ tulus dr. Si quid optimū volu
mus adipisci. v̄tuti opa danda est. ni
hil em̄ v̄tute amabilius. nihil qd ma
gis alliciat ad diligendū cū p̄ter vir
tutū nobilitatē ⁊ p̄bitatem etiā quos
nūq̄ vidimus diligamus. hēc tulus.
Hoc igit̄ attendendū est qd sancti v̄ri
oēm diligentia adhibuerūt quō inte
riorem hōiem suum. viz aīam v̄tutibz
decorarent. sciētes nihil acceptius eē
deo. q̄ in hōi bonis se frequēter exer
cere **Uñ** beatus bern. dr. **Dis** cura
sanctoz sp̄reto ornatu cultuz sup̄fluo
exterioris sui hōis. qui certe corrupi
tur oī se diligentia p̄buit ⁊ occupa
uit exrollendo ⁊ decorando interiores
illū hōiem. qui ad ymaginē dei est ⁊ re
nouat̄ de die in diē. certi em̄ sunt. deo
non posse eē quicq̄ acceptius ymagi
ne sua. si p̄rio fuerit restituta decori.
quem videlicet decorē nō nisi v̄tutibz
p̄sequunt̄. hēc bern. **Qui** igit̄ desiderat
habitaclum sui creatoris effici adoz
net lectulū sine p̄scie decorē v̄tutuz. qz
nequaq̄ mentē seu cor alicuius ingre
dit̄. nisi fuerit v̄tutibz decoratū. quod
p̄bat beatus bern. sic dicēs. **Deus** qui
dñs v̄tutum d̄: nequaq̄ thalamū mē
tis ingredit̄. si non fuerit lectulus cō
scientie v̄tutibz adornatus. quantū

cūq̄ te affligas. quantūcūq̄ te crucif
es. non sui copiam tibi tribuit deus.
nisi fueris v̄tutibz decoratus. hēc bern.
Et notandū qd sicut deus. qui creauit
hōiem ad ymaginē suam est caritas.
bonus. mitis. misericors ⁊c. q̄ de eo
legunt̄. **S** Ita homo creatus est
vt bonus ⁊ patiens mitis ⁊ v̄tuosus
esset. quanto quis in seipso v̄tuosior
tanta p̄p̄inquoior est deo. ⁊ maiorē sui
creatoris gerit similitudinē. **De** hoc
in libro de spiritu ⁊ anima d̄ sic **Sicut**
creator qui hōiez creauit ad ymaginē
suam. ē caritas. bonus. mitis. iustus
⁊ misericors ⁊ cetera sanctorum insig
nia v̄tutuz. que de eo legunt̄. ita homo
creatus est vt caritatē habeat ⁊ bonus
sit ⁊ mitis iustus patiens ⁊ māsuētus
quas v̄tutes quanto quisq̄ in seipso
plus habet. tanto p̄p̄inquoior est deo ⁊
maiorē sui conditoris gerit simili
tudinē. **Si** vero quod absit aliquis p̄
deuā v̄tutē ab hac nobilissima sui cō
ditoris similitudine degeneraberet.
tunc fiet de eo qd scriptum est. **Homo**
cum in honore esset non intellexit ⁊c.
Quis maior honor potest esse hōis. q̄
qd ad similitudinem sui conditoris cō
deret̄. ⁊ eisdē v̄tutum vestimētis ve
stiret̄ quibz ⁊ conditor. de quo legitur
Dominus regnauit decorē induit
est. i. omnium v̄tutum splendore ⁊ ro
tius bonitatis decorē ornatus. vel qd
maius pōt esse homini de decus aut mi
seria q̄ vt hac similitudine sui condi
toris amissa ad informem ⁊ irrationa
bilem b̄utorū iumentorum similitudi
nem dilabit̄. **Quapropter** quisq̄ dili
gentius attendat prime p̄ditionis sue
excellētiam. ⁊ reuerende sancte trimi
tatis ymaginem in seipso agnoscat hō
nozemq̄ diuine similitudinis. ad quā
creat̄ est nobilitate mox ⁊ exercitatio
ne v̄tutū dignitate meritoz habere p̄tē

dat. ut quā apparebit tunc ei similis ap-
pareat qui eū mirabiliter ad similitu-
dine suam in primo hōie p̄didit. mira-
biliusq; in sc̄do .i. in seipso reforma-
uit. **Hec** in libro de spū et anima. **Ecce**
quō per virtutum decorum p̄mouemur
ad dei similitudinē et unimur cū ipso.
et efficiamur filij dei. et denominamur.
p̄pter hoc etiam dñi sumus. non quidē
naturaliter sed p̄ gratiam et adp̄riue
De hoc per quendam sic dicit **Sacrimo-**
nia vite siue virtutes animā deuorā. p̄-
mouent ad dei assimilationē. **Assimi-**
lacio autē dei perficit hominē dei deuorā-
tōem ut homines dicant dñi sicut ip-
se deus est dictus. non tñ naturaliter.
sed adp̄riue. **Hec** ille **U**nde in
rebo humanis principale bonū est vir-
tus que deo semp̄ inhxere facit. **E**con-
trario vero peccatus a deo nos sepan-
s malo dyabolo facit copulari. **Q**uō te-
stat **Theodorius** abbas in sua collatōe
sic dicens. **N**ihil in rebo dumtaxat hu-
manis principale bonū credendus est
nisi sola virtus animi que fide sincera
nos ad diuina perducens illi incōmu-
tabili bono facit iugiter inhxere. **E**t
econtrario nihil malum dicendum est
nisi p̄ctm̄ solum quō a bono deo nos se-
parans malo facit dyabolo copulari.
Hec **Theodorius** in collatōe sua. **F**estina-
te ergo debemus cum omni diligentia
ad resistendū peccatis ac virtijs et adhx-
rendum virtutibus. quā sicut virtutes su-
os amatores pulcros et splēditos red-
dent in futuro seculo. ita vitia ad illas
perlxennē mansionē tenebrosos ac im-
perfectos transmutent. **U**nde **pafun-**
cius abbas in sua collatōe sic dicit. **F**e-
stinare debemus omni instantia ut in-
terior quoq; noster homo vitioꝝ diu-
tias quas in anteriori p̄uersatōe p̄tra-
xit uniuersas abijciat atq; dispergat q̄
corp̄ori atq; anime iugiter cohxentes

pprie nostre sunt. ac nisi adhuc in hoc
corpore p̄stituta a nobis abiecte fue-
rint et abscise. etiā post excessum nos
non desinent p̄municari virtutes. vel
ipsa caritas que eorū fons est in hoc se-
culo p̄quisita post finez huius vite pul-
crum ac splēditū amatorem suū red-
dent. **T**ra vitia ad illam perlxennē com-
moratōem obfuscatā mentem quodā
modo colorib; totam infectāq; trans-
mutent. **P**ulcritudo enim vel disformi-
tas anime virtutū vel vitioꝝ gignit qua-
litate. ex quib; quidaz attractus color
aut ita splēditam eam reddet ut a p̄-
plexia mereat audire. **E**t p̄cupiscet rex
decorum tuum. **A**ut certe tetram feti-
dam atq; deformē. ita ut fetorez pprie
turpitudinis ipsa p̄stiteat et dicat. **C**ō-
putruerunt et corrupte sunt cicatrices
mee a facie insipientie mee. **E**t id cir-
co hē sunt pprie nostre diuitie que cum
anima iugiter p̄morant. quas nobis
regum nullus hostium nec p̄ferre pore-
rit nec auferre. **H**ec sunt pprie diuitie no-
stre quas nec ipsa mors quidem vale-
bit ab anima separe. **H**ec p̄afunci. **U**n-
de vere dicit nō sunt res terrene. s; virtu-
tes quas anima post hanc vitam secum de-
fert ut in eternū viuere possit. **T**este be-
ato bern. qui dicit. **V**ere sunt diuitie q̄s
fidelis anima secū portat ut in eternū vi-
uat. **A**d amorē etiam virtutum
hortat **Johannes** abbas montis sinai
sic dicens. **S**it tibi pater spūs dei qui
ad onus peccatoꝝ tuorū tecū collabora-
re vult et etiam p̄t. mater vero tua sit cō-
punctio a sordib; lauare valens. **F**ra-
ter vero qui ad cursum et viam supernā
tecum collaborat et coartat. **P**osside
vixorē in euulsibile memoriā mortis.
Filij vero tui dilectissimi sint. suspiria
cordis et gemitus. **S**eruū posside cor-
tuum. amicos vero sanctas virtutes.
que quidem in tempore exirus tibi p̄-
t. ij.

desse possunt. si tibi amice fuerint. **N**ec est generatio querentium dominum. hec iohannes. Et norandum quod ille virtutibus poller qui ex alia previrtute non subiacet nam virtus una. sine alia. aut omnino nulla est aut imperfecta. hec tangit beatus gregorius. xxij. moral. sic dicens. Quisquis virtute aliqua pollere dicitur. tunc veraciter pollet. cum virtus ex alia parte non subiacet. nam si ex alia parte te virtus subdit. nec hoc est solidum. ubi stare putabam. unaqueque enim virtus tanto sola minor est. quanto desunt ceterae. nam sepe quosdam pudicos quidem vidisse nos contingit. sed non misericordes. quosdam quasi misericordes. sed nequaquam iustos. quosdam vero quasi iustos sed in se potius quam in domino confidentes. Certum est. quod nec castitas in eius corde vera est. cui humilitas deest. quippe quod superbia se intrinsecus corumpente semetipsum diligens a divino amore fornicatur. nec humilitas vera est. cui misericordia iuncta non est. quod nec humilitas dici debet. que ad passionem fraternae misericordiae nescit inclinari. **N**ec misericordia vera est. que a rectitudine iustitiae aliena existit. quod que potest per iustitiam pollui. nescit proculdubio sibi ipsi misereri. nec iustitia vera est. que fiduciam suam non proditore omnino. sed in se forasse aut in rebus proditis ponit. quod dum a creatore spem subtrahit. ipse sibi principalis iustitiae ordinem pervertit. una itaque virtus sine alia aut omnino nulla est aut imperfecta. hec gregorius. **S**ed et hoc sciendum quod magna est virtus virtuosum exi fieri. et tamen vanam gloriam. que ex hoc venit contemnere. Unde beatus augustinus. Virtutes habenti magna virtus est contemnere vanam gloriam. contemptus enim eius in conspectu dei est. nam recte vivere et nolle laudari. quid aliud est. quam inimicum esse rebus humanis. pertinet ad oculos mundum

non intueri. in recte faciendo laudes hominum non habet simplex cor. id est mundum cor. nisi qui transcendit humanas laudes et illum solum intuetur cui recte vivit. qui conscientie solus inspector est. nihil consequentius sinistra videtur significare. quam ipsam delectationem laudis. nesciat sinistra. id est se non immiscet at conscientie tue laudis humane appetitio. hec augustinus. Et sic habemus de virtutibus et eius effectibus.

Filius
Scire cupio que virtus sit prima quam perfectiores debent aggrediri ut ad ceteras virtutes sequentes venire possint.

Capitulum II. De R.

Debes scire quod prima virtus et per quam pervenit ad alias virtutes est timor domini. De quo per psalmistam. Initium sapientie timor domini. ipse enim timor totius religionis est exordium. sine quo nullum bonum poterit pullulare vel manere. Teste beato bernardo qui ait. Si ne timore que gratiarum prima est. et totius religionis exordium nullum bonum pullulare poterit vel manere. omne enim virtutum edificium vergit in precipitium. si huius gratie amiserit fundamentum. Quid plura provera sunt timor et religio nec alterum sine altero potest remanere. pro timorem enim mundo renunciamus. nosmetipsos abnegamus. crucem nostram post dominum portamus. hec bernardus. **N**am timor domini expellit peccatum ab homine. et nihil conservat ita a virtutibus immunes sicut hec virtus. Unde per sapientem dicitur. Timor domini expellit peccatum. Nam qui sine timore est non poterit iustificari. Unde beatus iheronimus. Nulla res ab omni peccato ita nos servet immunes